Philologia
Grammatica (Prosodia).
Ecchii Valent: De versificandi arte opusculum. et altera
Crac. Hier. Victor. 1524

VALENTINI ECCHII LENDANI, DE VERſificandi arte opuſculum, omnibus ſtudioſis, ad Poeticam anhelantibus, non tam iucundum q̃ frugiferum.

Rudolfus Agricola Iunior Poeta Laureatus in Ecchii ſui libellum.

Hoc prima edocuit uerſus elementa libello
 Ecchius: & quidquid carminis orſus amat.
Vſq; adeo exacto ſtudio, calamoq; fideli,
 Vt nihil hoc breuius nil meliuſq; legas.
Quæ fuerant ſtellis ſignanda expunxit, & auxit
 Exemplo ueteres uberiore notas.
Qui cupis utiliter metrorum diſcere leges
 Frugiferum uigili uolue labore modum.
Maxima nec quicquam te comentaria ledent:
 Plenus hic, & nitidus cuncta libellus habet.

Gæorgius Vuernerus Patskouianus Ecchii coniuratus, ad pium lectorem.

Huc gressus moneo refer citatos
Quisquis Phœbicolam colis cohortem,
Aut casto sequeris fauore musas,
Hic te candidulus feret libellus
Ad gratæ uitreos aquæ liquores/
Quam circum Clariæ canunt sorores,
Quam circum nitidæ sonant camenæ,
Hunc legit uigili labore scriptor,
Cum multa Cereris fuga meriq;/
E cultis Lacii satis agelli,
Quo diram melius famem leuares.
Tu grates igitur referre debes,
Autori innumeras amice lector/
Qui noctesq; diesq; culciori
Lima splendidulos parat libellos.
Sed tu qui gelidum uomis uenenum/
Si quid tute uides policiori
Limatum ingenio, canina uerte
Ora, & liuidulas repone uoces.
Quamquam cuncta tuo patent furori
Non hæc scripta tamen tibi patebunt.

GENEROSO AC MAGNIFICO DOMINO Dño ALEXIO Thursoni, de Betlemfalua, Comiti Zoliensi, Camerario Cremnicensi, & Illustri inuictissimi principis LODouici Regis Vngariæ a secretis. Valentinus Ecchius cum sui commẽdatione fælicitatem exoptat.

QVm vrgente necessitate/in hanc me nuper Academiam recepissem/Nobilissime Thurso/inconsultũ quibusdã amiculis meis visum est/si ipse literario hucusq; deditus negotio/inerti me iam nunc ocio darem, ocio inq̃ quo nõ solum externus/verũ internus etiam homo plęrumq; fœdissime consumit, prout memoriæ prodidit sapientissimus Cato/qui humanã vitã ferro cõparabat/quod si exerceas corrumpitur/si non/rubigo tamẽ consumit. Ita & homo si minus exerceat se/ocij rubigine conteritur. Vt enim gladius vsu splendescit/situ rubiginat, ita & animus in ocij conditus vagina/diutino torpore hebetatur/desuetudo nanq;, vt Apul. ait, omnibus pigriciã/pigricia veternum parit. Hac itaq; re mei co nmoti amiculi, pariter vt studiosę emunctioris literaturę iuuentę consulerent, me adierunt eflagitantes/quo versificandi artem anno ab hinc sexto sub Iodoci Decij viri de me nõ male meriti nomine in lucẽ a nobis ęditã, propť exemplariũ inopiã denuo stanneis excudi literis curarem. Videns ipse honesta eorum desideria/simul & frigidam librariorũ operam quã priori ęditioni impẽderant/reuiso libello/errores ab ipsis cõmissos/quo diligẽtius potui resecaui, addens pręterea pro latiori nonnullorũ intellectu ꝗplurima diuersorum poetarum testimonia/quod facile cognoscet qui hãc ęditionem cũ priori contulerit, quę omnia/Nobilissime Thurso/quum tuę magnificẽtię totũ studiũ meũ/imo & meipsum/dębeã/offero, rogans quo tua generosa magnificentia quidquid id est opellę placide suscipere dignetur, atq; Valeat diu & fęliciť. Gracchouię tercio nonas Ianuarias Anno Christianę salutis.

1521.

Valentinus Ecchius Lendanus disertissimo Iodoco Ludouico Decio Salutem dicit.

QVum hyeme superiori/Iodoce expolitissime/ea versificatorię artis pcepta/quę olim ex diuersis pręceptoribus meis collecta/frequenti poetarũ versificatorũq; lectione locupletarã/nr̃is auditoribus publica enarratiõe proposuissẽ, haud facile dictu est/q̃ grato animo/quantoq; fauore illa exceperint/eo q ad poeticę artis fastigiũ haud modicũ emolumẽti suppeditare videbant. Tum quia sine illis neq; recte pnũciare/neq; sermocionari qsq̃ poterit/tum etiã q multa in poetis reperiant, vel temporũ iniuria/aut Calcographorũ negligẽtia deprauata perperãq; imprẽssa/q huius artis (versificatorię puto) nescius, nullo pacto discernere potest. Stichologia em̃ non modo syllabarũ quãtitates/qbus locutiõis barbarism⁹ deuitat/Verũ etiã condendorũ carminũ regulas adamussim explicat: Quę oĩa quũ me perlegente/studiosi diligenter excępissent, visus tamẽ sum eis nonnihil fastidientis parare laboris/q ipi in scribendis pceptis ab alijs literarijs negotijs seuocarent. Qua de causa/quũ hijs diebus ob diutinas studiosoꝝ adhortatiões illa ipsa pcepta sub interpręrationem reuocaturus sim/ne priori tedio auditores afficiam, optimo cõsilio factũ iri existimaui/si ea, laconico more colligerẽ/& in volumen redacta publicarẽ/tibiq; Iodoce amicorũ optime nuncupatim dedicarẽ. Non q te illis nostris pceptiunculis, Persicis nugis leuioribus: indigere putem, quũ elephantus murem non capiat, sed quo pusillus iste libell⁹ noster noĩe tuo nobilissimo insignitus/vendibilior redderetur. Cõstat em̃ cõplusculã cuiusuis facultatis monumenta, hac potissimũ de causa a plęrisq; lectitari/qa viris & literatis & prudẽtibus sunt dedicata/eorũq; auspicio in lucẽ ędita/quod de nostro quoq; opusculo ĩdubitato sperare licebit, quũ tu omni studioꝝ gñe stipatissimus cõspicaris/nam locupletissimis eloquẽtię liq̃ribus es irroratus, diuina memoria pditus singulari totius emũctioris lr̃aturę eruditiõe expolitus, nec minus eruditiõe cõspicuus q̃ probitate spectatus. Taceo alias animi & corpis tui dotes amplissimas/qbus tm̃ refulges/atq; cęteros ferme om̃es huius ętatis hoĩes exuperas vt candidissimũ solis iubar, erratiũ syderũ splendorẽ, refulget em̃ in te Vlyssis facundia, Nestoris prudẽtia. Isocratis iucunditas/& vt (alios lubẽs omittã) Pompei affabilitas, q̃niam omnis virtutũ chorus patentibus valuis tibi obedit, vnde copiosum in tuis laudib⁹ celebrandis argumentũ mihi insumere possem/nisi vererer ne a pestiferis vitiligatoribus assentandi vitiũ mihi ascriberet. Inęq̃lis em̃ scriptorũ fortuna est/nã quũ maxima & admiranda canũt/vana & assentatoria ab ĩeruditis hoĩbus scribere falso inculpant, qđ nulla ratiõe alia euenire solet, q̃ dũ ipsi segnẽ & inertẽ vitã ducũt, atq; Sardanapaliacas plumas, liberalibus studijs anteponũt/sublimeq; virtutis iugũ

eorũ cum socordia conscendere nequeũt: scriptorũ monumenta in magnanimorꝫ virorꝫ laudes atq́ꝫ virtutes luxuriãtia, tanq̃ friuola atq́ꝫ vana q̃dam figmenta Stentorea voce inclamare consueuerũt, haud secus ac murilegus bubo: qui dũ solis claritatem tremulis luminibus cernere neqt, identidẽ & Iouis aligero denegatũ esse sibi psuadet. Ast abeat in cęcam Phlegethontę gurgitis paludem hoc rumigerulũ vulgus, qd cecucientibus oculis claros Phœbei luminis radios, hoc est egregia pręstantissimorũ hominũ facinora internoscere nequit, nec quales habeat virtus alas discernere potest. Sed quid hijs Siculis gerris tuas benignissimas obtundo aures, quũ tua laus tanta sit, vt nec Momorũ loquaci repręhensione obfuscari: nec nostro aut alterius pręconio incrementum aliquod accipere possit. Vela itaq́ꝫ complicabo/portũq́ꝫ petam/atq́ꝫ in tuarum laudum foribus tanq̃ iners buccinator me potius ranam seriphiam q̃ Architę crepitaculũ prębebo/nam vino vendibili suspensa hedera non opus est. Tu ergo Iodoce facundissime hoc munusculum hilari fronte ab Ecchio tuo suscipias, qui dum Attalicis opibus careat, tibi(quod Socrates ad Aeschinẽ donũ maximũ putat)seipsum offert. Vale Gracchouię ex Germanorũ contubernio Anno incarnati verbi. 1515.

Libellus ad candidum Lectorem. Doctissimo Georgio Vuernero autore.

Quisquis me tenuem minutulumq́ꝫ
Aequus legerit arbiter libellum,
Nec contempserit eruditionis
Nostræ paruula scripta vultuosus,
Hic viuat valeatq́ꝫ perbeatus,
Donec lumina menstruę sorori
De curru bone Phœbe parcieris.
At si quis malus improbusq́ꝫ censor,
Et mordax vitilitigator ausit,
Me proscindere, lancinare sęuo
Quod liuor solet impius/flagello,
Hic porro fugiat, vel in beatam,
Inuisus mihi & omnibus libellis,
Dignus cui mala cuncta comprecemur.

Compendiosa atq; succincta in uersificatoriam artem introductio, Valentino Ecchio autore.

ET si non ignorē plęrosq; haud extremę doctrinę viros/ de syllabarū quātitate/pedum ratione/& carminū tum mensuris tum generibus, multa posteritati cōmendasse, adeo vt superuacaneū alicui videri possit, si ipse hac de re quippiā scribere instituerim, Attamē quū videam alios concisim, alios diffuse/nōnullos vero negligēter nimis/in hac literaria decertasse ꝓuincia, vt absq; periculo haud facile quisq̄ in omī fere huius artis scriptorū numero/quod eligat/inuenire possit/non inconsultū me facturū existimaui/si ea quę multis iam annis in versificatoria arte collegi p̄cepta, tenerę iuuentuti ꝓponerem, iniquū putans commissum mihi a dn̄o hoc quantulumcūq; talentū/serui nequā exemplo/in terrā defodere, sed pocius fidelis mercenarij more/vt nōnihil lucri faciam in studiosorū vsum atq; vtilitatē erogare. Habet itaq; hic mollis ętatula, quod absq; veneno imbibere possit, quo si mox a teneris vnguiculis imbuta fuerit, nō dubito quin recto tramite ad poetices fastigiū in breui sit ꝑuentura. Sed ne quenq̄ longa verborū ambage detineā/institutū/q̄ breuissime potero/aperiam.

Carmen ęditurus quattuor cōsiderare debet, Primo quid sit Litera, secūdo q̄d Syllaba. tercio quid Pes, & vltimo quid Metrum. Quia omne Metrum ex Pedibus, Pes ex Syllabis, Syllaba aūt ex Literis constat. Ergo a Literis tanq̄ ab optimo huius artis principio exordiū erit sumendū. ℂ Est itaq; Litera/Prisciano autore/minima pars vocis quę scribi potest. Dicta sic, eo ꝙ legitur, vel ꝙ legentibus iter prębet/aut legendo iterat̄, vel potius a litura quā sępe patit̄/& hoc veterū consuetudine qui in pugillaribus/ceratisq; tabulis scribebāt: & scripta frequēter obliterabant/vnde & litera nomen accepit. Sunt aūt literę tam legitimę q̄ supnacaneę, vt Orthographorum scripta ꝓbant viginti tres. A. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. x. y. z. quæ omnes in Vocales & Consonantes diuiduntur.

LITERARVM DIVISIO.

Vocalis est litera quę absq; alterius adminiculo pure atq; impmixte ennunciatur. Et sunt p̄ter y grecū/q̄nq; A. E. I. O. V. Ex q̄bus quinq; Diphtongi. Au. Eu. æ. œ. & ei. constituūtur. Est nāq; Diphthongus duarū vocaliū, vim suam retinentiū, in eadē syllaba cōbinatio.

ℂ Consona. est litera quę cū vocalibus aut prępositis/aut postpositis sonat. cū prępositis q̄a cū Semiuocalibusq̄ a vocalibus incipiūt & in ꝓpriū sonū termiant̄, & sunt septē. l. m. n. r. s. x. z. ex q̄bus l. m. n. & r. liquidę sunt eo ꝙ mutis postpositę vocalē p̄cedentem natura breuem/reddunt ancipitem, Cum postpositis sonant/q̄a cū Mutis

quę a ꝑprio sono incipiũt & in vocales exeunt/& sunt nouē B.c.d. f.g.k.p.q.t. Ex quibus f. licet non a se ipsa initium sumat/sed more semiuocaliũ/a vocali/tamen est muta, quia ante l ponitur in eadem syllaba. Ouidius in 5. Meta.

Vidistis vestros subitis flauescere pennis.

ponitur etiã ante r. Ibidem.

At medius fratrisq; sui mœstęq; sororis.

atq; is locus Mutarũ dũtaxat est. Preterea vocalem natura breuem positã ante liquidam/facit cõmunem, quod solum mutę possunt. Ouidius in 5 Meta.

Inq; caput crescit longosq; reflectitur vngues. Verg. de se.

Mellifluum quisquis Romaunm nescit Homerum. Idē in 6. ęn.

Corripit extemplo Aeneas, auidusq; refringit.

¶ DICtum est in Literarũ enumeratiõe tam legitimę q̃ supuacanee. Circa quod notandũ q̃ aliquę cõsonantes nobis referunt ad vanos vsus, & sunt illę quibus e vocalis nõ assonat: vt sunt k.h.q.x.& z. Quarũ prima K. omnino est superuacanea. H. non est litera. Q. nisi iungatur u. nulla est. x. vero & z. nouiter a grecis; ob nostrę literaturę necessitatē & cõmodum non modicũ sunt ascitę. Sed ne longior sim de vnaquaq; illarũ aliquid q̃ breuissime tractabo, & primo de k.

¶ K. penitus supuacue recepta fuit quum c. ad omnia pro qbus vtimur k. cõmode scribi possit: vnde comptum habeo (ait Tortellius) ex Papyriano diligẽtissimo grãmatico Nigidiũ Figulũ nunq̃ in cõmẽtarijs suis vsum fuisse k aut q. Nam teste Prisciano, quis in varia figura: & vario sint nomine. k. q. & c. tñ quia eandē vim habent tam metro q̃ in sono: ꝓ vna eademq; litera accipi debent. K. itaq; in nullis admittitur latinis, in grecis vero per paucis.

¶ H. Etsi q̃tum ad figurã litera sit, atq; in literarum ordine ponatur non est elementũ/quia non sonũ: sed tm spiritũ siue flatũ habet: vñ & illã flatilē plures dixerũt, veteres quoq; hac nota (Fabio autore) parcissime vsi sunt. Inseruerũt em̃ eam dictiõibus firmãdę corroborandęq; vocis gratia/vt autor est Gellius li. noct. Atti. ij. ca. iij. quo sonus earum foret viridior: vegetiorq;: de qua etiã re Angelus Politianus ca. Misce. xix. multa scribit. Sed quid plura hoc aspiratiõis signũ a versificatoribus pro nihilo habetur: nullam em̃ in carmine habet virtutē vel corripiẽdæ vel ꝓducendę syllabę, q̃q̃ a diobolaribus & proletarijs lr̃atoribus illud Vergilianũ sępe nobis obijciat:

Posthabita coluisse Samo hic illius arma.

quo ipsi probare nitunt̃ h. esse literã consonantē, sic inferentes. Si h. in aduerbio hic non esset, consona tũc vltima vocalis/o/in dictiõe Samo collideret̃ per Sinalephen quod hic non fit/ergo est cõsonãs. O insulsa dicacitas: o puerilis obiectio: nesciũt illi veteramentarij vocalē aliq̃n nõ collidi ꝓcipue quũ aut lõga fuerit; aut locus sit cesurę,

vbi syllabe vnū tempus addit: quod colliditur. Insup etiā notanda sunt hec exempla, Phenice rariora, nō aūt imitāda. Hec em̄ magnis & illustribus poetis carminis necessitate in magno ope sunt cōcessa: q̄ in tribus quatuorue carminibus vitio dant. Possem quoq; magnā exēplorum adducere syluā vbi vocalis ante aspirationē nō collidit imitari tn̄ nulli consulere: ita em̄ Maro dixit.

Clamassent vt littus hyla hyla omne sonaret.

sed virtus vocali aufert insecūdo hyla, in primo ex cæsure potestate inuariata manet nō virtute aspiratiōis. Sic apd' Satyrographū.

Sibur displiceat Verri homicida Miloni. & apd' Marci. li. 2.

Pontice cum Lycino hic quoq; magnus homo. & apd' Verg. li. 9.

Terga fatigamus hasta nec tarda senectus.

in quibus omnibus cesura locū habet, nec aspiratio virtutē vllam. Si em̄ consona esset male dixisset æglo. 7. Verg.

Hijs adiungit hylam nautę quo fonte relictum. & æglo. 1.

Protenus æger ago hanc etiam vix Tityre duco & eadam

Sæpe malum hoc nobis si mens non leua fuisset.

In primo exēplo si, h, in hyla esset consona, .r. in adiungit positione produceret. In secūdo o in ago non collideretur, nec .m. in malum exemplo tercio, vnde liquido constat h. non esse literam.

¶ X. litera Tortellio autore/semiuocalis est/quā ex grecis accœpimus: & multa cōmoditate in dictiōibus nostris habemus. Nam dupla est pro qua modo cs, modo gs, modo duplex ss. (vt Plinius dixit) primitus scribebant, vt apecs/gregs/vlysses &c̄.

¶ Z. litera muta est/vt idē Tortellius asserit: quam pro dictiōnibus grecis accœpimus: pro q̄ primitus nōnunq̄ simplex s, vt sethus p zethus, qn̄q; vero (quia & nunc dupla est) geminatum ss. scribebamus. vt patrisso p patrizo. ¶ Ex quo de duplis sermo factus est ad iungā adhuc tertiā: vt meliorē ad positōis regulā accessū habeam⁹.

¶ I. itaq; vt Tortellius inqt, p duplici ponit consonante: qn̄ in medio dictiōis ab ea incipit syllaba post vocalē ante se positā: sequēte vocali in eadem syllaba, vt maius, peius, eius. In quo loco antiqores nostri solebant geminare. vt maijus, peijus, eijus: quę sane Orthographia ad Ciceronis vsq; tpa in aliqbus dictōibus pdurauit: ita vt Quintilianus referat Ciceroni placuisse aijo, maijamq; geminato ij scribere &c̄.

¶ ANTEq̄ reliqua huius artis documēta aggrediamur/animus est nōnulla pdictorū accuratius trutinare atq; discutere, ne leuiculū aliqd' dubiū in principio admissum: errorē nō modicū in fine generet. quū itaq; in diphthōgi diffinitione sit dictū, est conglutinatio duarū vocaliū: uim suā retinentiū: in eadem syllaba/ni melius exponat facile error possit oriri. Diximus itaq; duarū vocalium pp̄ter I. & v. consonātes. Nam (vt Diomedes inqt) I & v. transeūt in cōsonantiū

potestatē, quū aut ipsę inter se gēminant, vt Iuno, vita. Aut qñ alijs vocalibus enunciant, ita tñ vt q̄ prior exposita fuerit vicē cōsonātis obtineat, vt video, vereor, iuuenis, iugū, iuuencus, in qbus exēplis u. & i. consonātes sunt, veluti hijs versibus constat. Verg. Aeg. I.

Hic illum vidi iuuenem Meliboee quotannis. Idem in 2.
Aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenci. Idem in 3.
Dum fouet, ac ne me sibi præferat ille ueretur. Ibidem.
Tum credo quum me arbustum videre Miconis.

Notandū tñ est de I. (contra barbaror opinionem) q necq in gręcis necq in hebręis ad nos demigrantibus dictiōibus vnq̄ est cōsonans, vt docet Georgius Val. Pla. li. xxxviij. ca. xxx. Idem docet Aelius Nebrissē. & Niniuita, exempla sunt multa in quibus etiā multi hallucinati sunt, vt Iesus, Iason, iaspis, iambus, iacobus, ioseph, iulus, iobbe, iasius, iesse, ioannes, ianthina, iapetus, &c. Mantuanus li. I. primę Parthe.

Sic alacer Samson, sic & formosus Ioseph. idem
Strennuus indigenas populos abigebat Iesus. idem.
Hic vetus Andromadę vinclis insignis Ioppe. idē li. 2. secūdę parth
Postq̄ pressa fames & pectora mitis Iachus. idē li. I. parth, 2.
Iasius Cererem nulla est sine labe deorum Progenies. idē li. 2. part. 2
Stirpis Iesseę princeps exercuit armis. idē li. 3. parth. 2.
Primus Ioannes humeris velatus amictu. idem in eodē.
Quatuor Alphęum Iudam Simona Iacobum. Marcialis.
Coccina formosę donas & Ianthina lenę. Ouid. Meta. I.
Quam satus Iapeto mixtam fluuialibus vndis. Luca. li. 6.
Excipit aduersus zephirus & Iapida Pindus. Ouid. in epist.
Hypsiph: Deuictus serpens, iterum si viuat Iason. idem.
Lemniadum facinus culpo, non miror Iason. Mant. Fast. I.
Cur toties in tormentis clamaret Iesum. Ouid. Trist. I.
Nos tamen Ionium nostra non findimus ęquor. Iuuencus.
Dixit Ioannes cui talia reddit Iesus. Ouid. vij. Meta.
Pelle moram tibi se semper debebit Iason. Fflacus in arte.
Syllaba longa breui subiecta vocatur iambus. Mantua.
Multa sinus & colla virens ornabit iaspis. Claudianus.
Ne laceres versus dux iacobe meos. Iuuencus.
Aegyptum cum mātre simul transportat ioseph. Maro. ęn. I.
Iulius a magno demissum nomen Iulo. in quibus I syllabam per se facit, ergo vocalis, quū idipm consona non possit, & sic de alijs gręcis, de hebraicis dictiōibus non anxie disputo. Abeant itaq phlegetontęi illi senes barbasculis Alexādri cōmentarijs (tanq̄ labyrinthęis irritamentis) tenaciter atq delirabundi inherētes ex qbus dum nil castę latinitatis hauserūt: cōtra veras ortographię regulas, tā stupenda in ōme vulgus suę barbatiei monstra dissemināt; & sex aliqñ

vinis a vero tramite tanq̃ cæci aberrant. ¶ Secundo diximus in dif finitione vim suā retinentiū, ꝓpter liquidā. V. em̄ post g. s. q̄nq̃. & post q. semꝑ liquescit, idest nec vocalis nec consonās haberi potest: nec penitus nulla litera, neq̃ em̄ ꝓfert ut vocalis: nec penitus supprimitur: sed quasi languidiori quodam sono raptim ꝓnunciatur, vt languor, lingua, aqua, suauis, suadeo, loquor, v. in loquor vocalis ꝓprie non est/quia dissyllabum nomen ergo u. & o. in eadē syllaba locantur nō per synæresim: nec ꝑ dipthongū: non igit̄ vocalis: neq̃ consonans est, quia prior in loquor produceretur virtute positionis quę hic nulla est, dixit em̄ Ouid. Meta. 1.

Dum loquor hesperio positas in littore metas.

Sic etiā sequor, aqua & cętera. Mantua. æglo. 1.

Dum sequor ambages & verba & tempora perdo. idem.

Arx noua propter aquas &c̄. ita dicimus suauis, & languor ꝑ duas syllabas, suadeo ꝑ tres. Ver. ęglo. 2.

Sic positę quoniam suaues miscetis odores. Mant. æglo. 4.

Languet & ex isto languore facecia surgit. Verg. ęglo. 1.

Sepe leui somnum suadebit inire susurro.

¶ Tercio diximus in eadē syllaba ꝓpter auena, flauesco, deus, noe, Cloe, Danaen, Michael, & similes dictiones. Verg. æglo. 1.

Syluestrem tenui musam meditaris auena. idē ęg. 4.

Molli paulatim flauescit campus arista. idem

Quis tamen iste deus quis sit da Tityre nobis. Sedulius li. 1.

Nunc bonus Helię qui perfidus antea Noe. Marcia. li. 3.

Tua te poteram Cloe carere. Hora. car. 4. od. 18.

Inclusum Danaen turris ahenea. Val. Flac. li. argo. 6

Sic & odoratus flagranti crine Michael.

in quibus omnibus vocales seorsum explicantur/& ab inuicē separant. Fit tamē nōnunq̃ diphthongi ꝑ Dieresim resolutio. Catullus.

Verbosa gaudet venus loquela. idem.

Si linguam clauso tenes in ore. Verg.

Heu q̃ pingui macer est mihi taurus in aruo.

vbi clauso & gaudet tribus efferuntur syllabis/& heu duabus, qd̄ etiā in soluo, suauis, sueuus & aliis dictōibus nonnūq̃ cōtingit.

DE SYLLABIS

¶ SECVNDO requirit̄ ad carminū compositionē Syllaba quæ est literarum comprehensio sub vno accentu: & vno spiritu indistanter prolata. Diximus literarum comprehensio/quia si vna vocalis syllabam facit ꝑ se nō appellabitur ꝓprie syllaba/quum ethimologia & syllabę diffinitio ei non conueniat. Nam syllaba compositū est vocabulū a syn idest con siue sim͛/& lambano capio, vel a symballo, hoc est comprehendo, ꝙ literas compræhendat. ¶ Dicturus itaq̃ aliquid de syllabarū quātitate hoc ordine progrediar. Primo

generales positurus sum regulas: quibus mox ad speciales introdu-
ctionem compendiariã subiungã: nec em̃ aliter ad carminis cõposi-
tionem puenire possumus. In primis itaq; versidicę artis tyrunculus
scire debet: syllabas esse triplices primas: medias: & vltimas. Prima
dicitur ea quę in fronte alicuius dictionis plurium syllabarum po-
nitur. quia in monasyllabis vt nec me cur vltima esse dicitur. Media
aũt dicitur om̃is ea q̃ inter primã & vltimã ponitur. Vltima aũt est
quę in calce alicuius dictiõis ponit. Sciat quoq; quãtitatem solum
inesse vocalibus: vnde consonantes neq; producuntur neq; corripi-
untur in primis & medijs syllabis: sed corripiunt & producunt, sed
in finali syllaba cõsonãtes aut ꝓductas aut correptas esse dicimus.

REGVLE GENERALES.

Prima generalis regula. Omnis positio est longa. Est
aũt Positio qñdo in eadẽ dictiõe post vocalẽ ponũ-
tur duę consonantes, vt fructus. Aut vna dupla, vt
nix, gaza, eius: aut vna repetita, vt pannus classis:
aut quãdo dictio finitur in consonantem: & sequens
dictio incipit a consonante, vt Italiam fato profu-
gus lauinaq; venit. Notandũ tamen ꝙ ꝓximi sermonis consonãtes
vt (Capella li. iij. refert) ꝓcedentẽ syllabã nihil adiuuãt. Ouid. 2. Me.
Sijderaq; alta trahit celeriq; volumine torquet. idem.
Scilicet vt nostro genitum te sanguine credas. Marcialis.
Longa satis nunc sum dulci sed pondere venter
Si tumeat fiam tunc tibi zona breuis. Iuuenalis Sat. 5.
Ponere zelotypo iuuenis prelatus Hiarbę. Columel. li. xi.
Vt Pelusiaci protriter pocula zythi. Ausonius ad Vrsulum.
Quorq; super terram sydera zodiaci. Mantua. Fast. I.
Atq; simul pompis ad templa frequentibus ire. Ouid.
Est labor in miseris & sine fruge scholis. idem.
Priscaq; strennuitas mansit. Hora.
Sepe stilum vertas. Lucanus li. ij.
Talem fama canit tumidum super ęquora Xerxem. Verg.
Iam medio apparet fluctu nemorosa zacynthos. Luca.
Terga sedent crebro maculis distincta smaragdo. Ouid. meta. x.
Piscosamq; cnidon grauidamq; Amathunta metallis. Hora.
Linquimus insani ridentes premia scribę.
sic apud ceteros reperies. Quare falsa eorum opinio est qui putãt se-
quentis dictionis consonantes precedentis finalem vocalem natura
breuem producere posse. Adducentes varia poetarũ testimonia ab
eis minus bene intellecta, vt sunt. Verg.
Tribulaq; traheęq; & iniquo pondere rastri. Verg. ix.
Ferte citi ferrum date tela scandite muros. Luca. li. ij.
Procumbunt nemora spoliantur robore sylue. Iuue. sat. viij.

Occulta spolia & plures de pace triumphos. &c.
ita multa alia poetarum testimonia adducunt inepti illi nugiuenduli atq; indocti literatores qbus ppetuos eorũ errores defendere nitun tur. O ineptam barbaroꝝ gentem. o crassas ceruices, o inania nuga menta, o cęcucientes oculos rem meridiana luce clariorẽ cernere ne quientes. Huiscemodi syllabas breues pro longis positas / non fan tasticus ille error / sed cęsura excusat, sicut & multas alias quas non sequunt̃ duę consonantes. Verg.
Omnia vincit amor & nos cedamus amori. idẽ iiij ęn.
Liminaq; laurusq; dei totusq; moueri. Ouid.
Sarculaq; rastriq; graues.
In istis atq; alijs exemplis imitati sũt gręcos qui id impune fęcerũt: sed nobis non licet esse tam disertis musas q colimus seueriores, aut potius ex cęsurę (vt paulo ante diximus) licentia: nam in talibus lo cis breuis pro longa (sed non sine licentia) poni potest. Ego aũt mi nime imitandũ censeo: nisi tam parce in magno ope: vbi summa ne cessitas versificatorem ad hoc impulerit. Ex quo itaq; de Cęsura mentionem fęcimus: opeprecium esse existimamus, si eius diffinitio nem posuerimus.

DE CESVRA.

CESVRA QVE INCISIO DICITVR AB ALIIS ET A gręcis coma: est decora mansio seu determinatio in versuum notata medio, sine qua carmen durum habetur. Verg.
Impius hęc tam culta noualia miles habebit.
Addam cerea pruna &.
CEsurę aũt species septem sunt. Pentemimeris scilicet, Hemipente mimeris, Trochaica tercia, Trochaica quarta: Heptemimeris, Spon daica & Buccolica.
¶ PENTEMIMERIS quę & semiquinaria dicitur est quũ post du os pedes & vnam syllabam pars orationis complet. Verg.
Omnia vincit amor & nos cedamus amori. idem ęn. 6.
Proximus ille proca Troianæ gloria gentis. idẽ. ęn. 2.
Luctus ubiq; pauor, & plurima mortis imago. Mantu. in Brixia.
Dicite dij ruris, & uos syluestria nymphę.
vbi vltimę in amor, proca, pauor, & ruris natura correptę / cęsurę licentia producuntur, sed nollem imitari. Dicitur aũt Pentemime ris a pente quinq; & hemi semi / extrita aspiratione, & meri diuisio quasi semiquinaria diuisio. Nam duo pedes & semipes / qui vna syl laba constat / faciunt dimidiũ quinq; pedum.
¶ HEMIPENTEMIMERIS quasi dimidiũ pentemimeris, est quũ post pedem primũ manet syllaba partẽ orationis finiens. Ratio e cu ius breuis nonnunq̃ producit. Luca li. 2.
Dum sanguis inerat dum vis materna peregi. Ouid. meta. 5.

Syderaq;

Syderaq; ventiq; nocent auideq; volucres. Inue.
Quis nescit aut quis non vidit. &c.
¶ TROCHAICA tercia quę catatriton a Diomede dicitur: est vbi post duos pedes manet Trocheus partem oratiōis finiens: non quia in medio versu, vtputa in tercio loco hexametri possit esse Trocheus: sed sublata hoc est suspensa de dactylo vna syllaba manet Trocheus qui multum in se exornatiōis habet. Mantu. in Alph.
Hic terra ingenti ore patens immane baratrum. idem.
Insignis pietate senex ea barbara regna. Verg.
Non omnes arbusta iuuant humilesq; myricę.
¶ TROCHAICA quarta Est vbi in quarto loco reperit Trocheus orationis partē finiens. Verg. in Gęor.
Quę Thuscum Tyberim & Romana palatia seruas. idem in ij.
Ferre pirum prunis, lapidosa crescere coma. Mantu. in Alphon.
Ite domum matres gaudete superstite prole.
¶ HEPTEMIMERIS, Est quum post tres pedes & vnam sylabam pars oratiōis complet, Iuue. sat. 6.
Gibbus & acre malum sępe stillantis ocelli. Ouid. meta. 4.
Constitit hesperio regis Athlantis in orbe.
Latine dicitur semiseptinaria diuisio /ab hepta. i. septem /hemi semi & męri diuisio.
¶ SPONDAICA, Est vbi quartus pes est spondęus exītegris cō sumptus, vt
Albaniq; patres atq; altę męnia Troię. & illud
Ferte citi ferrum, date tela scandite muros. idem ęn. 6.
Vlmus opaca ingens quam sedem somnia vulgo
¶ BVCCOLICA, vbi quartus pes est dactilus partem oratiōis finiens, vt
Nos patrię fines & dulcia linquimus arua. Mantu: ęglo. 9.
Importuna fames, labor improbus, aeris ardor. idē 10.
Qua curare greges, qua noxia pabula fas est.

SEcunda Regula, quando vocalē naturaliter breuem sequuntur muta & liquida, eandē cū sequēte vocali constituentes syllabam, ita tñ vt pręcedens vocalis in eadem dictione ponatur ipsa est anceps in versu, in prosa vero semper correpta, vt pater patris, sacer sacri, volucris, Athlas, Ichneumon, Cythnon, Tecmessa, Anthimus. Ouid. meta. 6.
Ille indignantem & nomen patris vsq; vocantem. idem.
Es similis patri dixit nec plura locutus.
quia pater primam corripit. Verg. ęglo. 1.
Fst mihi nanq; domi pater, est iniusta nouerca. Persius:
Locus est sacer extra meite. Ouid. meta. 6.

Ite sacris propere sacris laurumq; capillis. idē in 13.
Et primo similis volucri mox vera volucris. idem meta. 4.
Quantus erat mons factus Atlas/ nam barba comeq; idem
Iapecionides Atlas fuit/ vltima tellus. Mantu. li. ij. part. ij.
Ichneomon, & quod latrator Anubis. Marci. li. 7.
Delectat Marium ꝙ perniciosus Ichneumon. Ouid. meta. 7.
Florentēq; Cythnon, Syron, planamq; Seriphon. Hor. ij. car. od. 4
Mouit Aiacem Telamone natum
Forma captiuę dominum Tecmessę. Ouid.
Odimus & męstas Tecmessam diligit Aiax. Mancinel.
Communem mediam gręcis seruabit Arithmus.

Diximus notanter in regula, vocalem naturaliter breuem. Nam q̃ sine positione ꝓducitur nulla liquescentia potest corripi, vt pria in m̄rimoniū: secūda in aratrū, lauacrū. tercia in simulachrū, inuolucrū. Diximus secundo cū sequenti vocali eandē constituentes syllabam alioqn liquescētia locū non haberet, vt obnuo, obruo. &c.

TErcia regula, Diphtongus vbicūq; ponatur tam in gręcis q̃ in latinis semp producit, vt magnę, gręcus, cœlum, auriga, aula, euterpe, euge: in latinis tamē dictionibus subeunte uocali corripit. Apud gręcos vero semp manet producta. de latinis exempla, vt prę esse, pręustus, prehendo. Verg. li. vij.
Stipitibus duris agitur sudibusq; pręustis. idem
Insulę Ionio in magno quas dira Celeno. Ouid. xij. meta.
Raptaturq; comis per vim noua nupta prehensis.
De Grecis. Iuuenalis.
Eacus vnde alius furtiue deuehat aurum. idem.
Martis & Aeolijs vicinum rupibus antrum. Verg.
Gurgite iam medio portans œagrius hebrus.

QVarta regula latina consuetudine vocalis ante vocalem ab altera syllabatim discreta corripit, vt deus, tenuis, dulcia, maria. Habet hęc regula exceptiones sex. Primo excipit hoc verbum fio cū omnibus deriuatis in quibus abest r. vt fiam fiebam &c. quę ꝓducuntur, sed fierem fieres corripiunt. Ouid. 1. trist.
Omnia nunc fient fieri quę posse negabam. Mantu. ægl. 5.
Spes/ vt solsticio fiam philomena reuerso. Ouid. 2. meta.
Vt fœcunda fores fieretq; iniuria partu.

Secundo nomina quintę declinatiōis quę habent vocalē inter duas: primam producunt, vt meridiei.
Tercio excipiūtur pronoīa secundę declinatiōis, & nomina habētia secundam Pronominū declinationem, quę variant I. ante us, illius, totius. Ouid. 4. metamor.

An magis

An magis vt sumptis illius filia pennis. Verg. egl. I.
Namq; erit ille mihi semper deus illius aras.
quę in prosa producunt. Alius gtūs ad noīatiui differentiā ꝑpetuo producit. alterius vero corripitur.
Quarto aduerbiū ohe qd est indifferēs. Marcia. 5.
Ohe iam satis est ohe libelle.
& eheu primā ꝓducit. Ver. 2. ęn.
Eheu quid volui misero mihi.
Quinto, Pompei, Cai, stai similesq; vti producunt. Ouid. 4. trist
Accipe Pompei deductum nomen ab illo. Marcia.
Si donare vocas promittere nec dare Cai.
Sexto, producit vocalis ante aliā in nominibus primę declinatiōis quando dipthongi fit resolutio. Verg. 6. æn.
Aethereum sensum atq; Aurai simplicis ignem. & in 9.
Diues equum diues pictai vestis & auri. Cice in Arato.
Atq; oculos vrget pedibus pectusq; nepai. Lucre. li. I.
Effice ut interea fera munera miliciai. idem.
Nam neq; nos agere hoc patriai tempore iniquo. idem.
Aulide quo pacto Triuiai virginis aram. idem.
Iphianassai turparunt sanguine foede. idem.
Ignoratur enim quę sit natura animai.
Diximus in regula latina consuetudine, quia grecę & barbarę dictiones partim corripiunt vocalē ante aliam, ptim ꝓducunt. De quibus hanc breuem posuisse regulā sufficiat. Vocalis A. in gręcis añ A. E. & I. corripit, vt Baal, Aello, Thebais. Ante O vero & V. producitur, vt Lycaon, Nicolaus. Item E. ante A. I. & V. ꝓducitur, vt Deiopeia, Deianira, Alpheus. sed ante E. & O corripit, vt Nemeæ, Cleophilus. Item I. āte A. E. O. & V. corripitur. vt sophia, hyena, iole, priameius. Item O. ante A. E. I. O & V. corripit, vt oaxes, cloe epois, laocoon, alcinous. de quibus cum curiosa sit disputatio doctioribus discutiendū relinquimus, velim tamē studiosus quisq; ex frequenti poetarū lectione gręcarum quātitates addiscat, qua pbatione nulla melior est, q̄q̄ etiā nōnulli versificatores in hac re diligēter laborauerint, vt apud Nebrissensem videre licet, & Niniuitam, quos de vocali ante aliā in gręcis quilibet cōsulere potest.

Q Vinta regula, Quanta fuerit dictio in simplici tanta manebit in composito, licet dipthongus aut vocalis immutet, attamen positionū & vocalis ante vocalē regulę diligenter obseruandę sunt &c. Exēpla regulę ludo, illudo, lędo, illido, amicus, inimicus, tabeo, intabeo, taceo, reticeo, facio, reficio. Verg.
Ludite securi quibus est es semper in arca. Idem.
Certantq; illudere capto. Idem

Ah ne te frigora lędant. Mantu. Fast. 4.
Perniciem scopulisq; vagas allidere puppes. Idem.
Fidite virtuti fortuna fugatior vndis. Ouid. I. meta.
Diffidunt monitis, sed quid tentare nocebit.

Atq; sic p composita simplicium quantitatem cognoscimus, vt si ignorauero quanta sit prima in tumeo testimonio non statim occurrete/ex cōposito intumeo depręhēdo, qđ meta. I. Ouid. sic extulit.
Intumuere ęstu foecundaq; semina rerum.

Si aūt tales syllabas p accentum in cōpositione cognoscere volumus illud animaduertendū est/q̄ nulla syllaba cognoscit ex cōpositione nisi penultima, aut inter duas media, vt si pono cū prę componatur/dicimus prępono media pducta/adamo penultima correpta. Sed de hijs latius in accentuū regula videbimus/nam bonū est ad trisyllabici quantitatē cōfugiū, vt reficis, intabes &c. Excipiunt tñ ab hac regula nomina a nubo, vt pronuba, innuba. Ouid.
Si qua voles apte nubere nube pari. Idem 6. meta.
Connubio prognes iunxit non pronuba Iuno. Idem 14.
Innuba permaneo, sed iam fęlicior ætas.
Vergilius tamen connubium variauit. æn. I.
Connubio stabili iungam propriamq; dicabo. Idem. æn. 3.
Hectoris Andromache Pyrrhi connubia seruas.
Sic quę a dico (quod primā producit. Verg. ægl. 3.
Dicite quandoquidem in molli consedimus herba) vt Mant. ęgl. 6.
Causidici latratores rabuleq; forenses.
Sic & alia in dicus, vt falsidicus veridicus. Ambitus participium ab ambio, iui, itum producit Ouid. meta. I.
Iussit & ambitę circundare littora terrę.
Ambitus nomen semp corripitur. Claudi. in 3. Consu. Hono.
Cumq; suo demens propellitur ambitus auro.
Item nihilum a ni. i. non & hilum res nullius precij est enim fabę nigrum quæ partes ambę pducuntur. Lucre. li. 3.
Nil igitut mors est ad nos neq; pertinet Hilum.
Nihil aūt & nihilum corripiunt. Persius.
De nihilo nihil in nihilum nil posse reuerti Hora. ad Aug.
Nil intra est oleā nil extra est in cute duri. Mant. ęglo. 4.
Et nil est quod non si vult te credere cogat.

SExtra regula, Præpositio tanta est in compositiōe quanta est extra cōpositionē, vt prępono, abeo &c. Vbi nota q̄ hę nouem præpositiones siue extra siue in cōpositione (nisi positio interueniat) perpetuo corripiuntur. Sub ab, ad, in, per, ob, re, bi, bis. Ouid. meta. 6.
Quamuis sint sub aqua/sub aqua maledicere tentant. Idem.
Idem ego quum subij conuexa foramina terrę. Idem.

Tempora

Tempora Tartareas Pandiona misit ad vmbras. Idem.
Hijs adhibet coniunx ignarum Terea mensis. Idem.
Et breue post tempus candescere solis ab ortu. Ver. ægl0. 1.
Tityrus hinc aberat ipsę te Tityre pinus. Idem ęglo. 5.
Exerces odium nec iniqua finis in ira est. Luca. 1.
Bella per Emathios plus q̄ ciuilia campos Mant. ęglo. 1.
Nec deus ut perhibent amor est, sed amaror & error. Ver. æn. 1.
Vi superum seuę memorem Iunonis ob iram. Idem. geor. 3.
Nec gregibus nocturnus obambulat acrior illum. Ouid. 6. me.
Vulnus erat iugulum ferro philomena resoluit. idē li. 5.
At non Actoriden Erithum cui lata bipennis.
Excipe tamen refert a res quod vtile siue distare significat, aut neces se esse. Ouid. Fast. 3.
Quid tamen hoc refert vicio tibi gratior ipso. Ver. Geor. 2.
Nec enim numero depręhendere refert.
Repuli, reduco, & retuli, simplici cōsonāte corripiūt̄ geminata posi tione producūt̄. Itē e regione hec septē prepositiones vbicū q̄ ponantur longę sunt. A, præ, se, de, pro, e, di. Mant. ęglo. 6.
Vatibus a vero indoctus discernere falsum. Ouid. meta. 5.
Corpora marmor erat auertitur atq̄ ita supplex. Mant. ęg. 1.
Vt facilem pater affectum præ se tulit/ vltro. Ouid. meta. 6.
Tela iugo iuncta est stamen secernit harundo. idem.
Vipereas q̄ ciet stygia de valle sorores. Idem.
Admonuit q̄ preces quarum me dedecet vsus. Idem.
Prominet immodicum pro longa cuspide rostrum. idem.
E quibus Eonides Cephalus te coniuge fęlix. idem.
Egerere inde dapes emersa q̄ viscera gestit idem.
Haud mora diuersis consistunt partibus ambę.
Excipe tn̄ ab insepabili ꝑpositione di, dirimo & disertus. Oui. 5. me.
Cędamus syluis dirimant certamina nymphę. Hora.
Fœcundi calices quem non fęcere disertum.
De pro quoq̄ scias illud produci in latinis, in gręcis vero ut plurimum corripi, quoties denotat ante. Mant. li. 1. part. 2
Propterea magnum dixere Promethea vates. Ouid. Fast. 1.
Huncq̄ propontiacis hęrentem Cyzicon oris. Ruff. apd̄ Priscia.
Nam prologos trimetro didicit componere versu.
A latinis tamen excipe hęc corripientia, pronepos, ꝓfectus, ꝓcella prophanus, ꝓfessus, ꝓfundus, ꝓfestū, ꝓfugus, ꝓfatur. Oui. in. 10.
Est Neptunnus auus pronepos ego regis aquarum. Idem.
Quem postq̄ Tyria lucum de gente profecti. Ver.
Creberq̄ procellis Aphricus. Statius.
Fraternas acies alternaq̄ bella prosanis. Ouid. meta. 5.
Tunc sine sorte prior quę se certare professa est. idē fast. 6.

Tum dea furtiuos timide profitetur amores. Idem meta. 1.
Mulcet aquas rector pelagi supraq; profundum. Ausonius.
Lęta mihi austeris variantur festa profestis. Ouid. met. 3.
Furta Iouis profugus patriamq; iramq; parentis. Ver. ęn. 4.
Luminibus tacitis & sic accessa profatur.
Excipe pariter hęc quinq; variantia, propago, propello, propino, procuro, profundo. Ver.
Flexos propaginis arcus. Ouid. met. 1.
In faciem vertisse hominum sed & illa propago. Idem in epist.
Cana: Ipsa nihil pręter lachrymas pudibunda profudi. Catul.
Has postq; mesto profudit pectore voces. Lucre.
Est procul a tergo quę prouehat atq; propellat. Idem.
Atq; alium pre se propellens aera voluit. Marcialis. 12.
Hoc quoq; nonnihil est q; propinabis in istis. idē li. 6.
Nemo propinabit callidiore tibi. Sillius li. 6.
Haud secus ac stabulis procurans ocia pastor. Ouid. fast. 3.
Risit & hijs inquit facito mea tela procures.

Septima regula. Voces aliunde deductę / fere semp quātitatē sequuntur fontium a quibus immediate scaturierunt, & hoc primitiui cōsonante nō variata, vt ab Ida Ideus, ab Ilium ilioneus, rupes a rupi, a sedeo sedens, a sedi sedes, a video videbam, a vidi vidissem. Oui. fa. 4
Dyndimon & Cybelen & amenam fontibus Idam. Proper.
Idęis tunicas ponere verticibus. Ouid.
Ilios & Danaas pauerunt Pergama flammas. Ver.
Ilionea petit dextra / lęuaq; Serestum. Ouid. meta. 6.
Et rupit pictas cęlestia crimina vestes. Ver. / glo. 1.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras. Mantu. ęglo. 1.
Fronde sedet plorans infęlices hymenęos. Ver.
Sedeant spectentq; Latini. Idem.
Nocte sedens serum canit importuna per vmbras. Mant. fast. 4.
Sedit & ingrediens buccas tenerumq; palatum. Ver. ęn. 6.
Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam. Mant. ęgl. 1.
Tu quoq; vt hinc video non es ignarus amorum. Ouid. met. 5.
Ante pedes vmbram, nisi si timor illa videbat. Maut. in Marga.
Sacrilegis natam instituit, vox impia vidi. Ver. ęglo. 3.
Et quum vidisti puero donata dolebas.
Atq; sic quę a pręsenti deriuant̄ eius seruant quantitatē / quę a p̄terito p̄teriti / quę vero a supino supini. Attamen vbi consona primitiui mutatur nonnunq̄ mutat̄ & quantitas, vt a sęculum senex / iucundus a iuuo, ab offa ofella, a lingua ligula, a mamma mamilla. Ver. ęn. 6. Melle soporatam & medicatā frugibus offam. Marcia.
Parua tibi curua craticula sudet ofella. Mant. ęglo. 4.

Seminat

Seminat in vulgus nugas auditaq; lingua. Marcia.
Quis me ligulam dicant equitesq; patresq;. Iuuena.
Et nuda teneat venabula mamma. Idem.
Illa loqui recta facie strictisq; mamillis. Mant. fast. I.
Continet, & regis diuum qui sæcula fecit. Idē li. 2.
Sancte senex, sic quę mensem producit & auget. Ver. Geor. 3.
Raptat amor, iuuat ire iugis, qua nulla priorum. Mantua. ęgl. I.
Sed tibi quando vacat, quando est iucunda relatu.

In hijs itaq; & similibus recurrendum est ad speciales regulas/quas alij versificatores diffuse ponunt, aut potius ad poetarum testimonium/quandoquidē Vergilij & aliorum receptorū poętarum autoritatem, omnibus regulis pręfero. Reperiuntur p̄terea multa contra primitiuorum naturam vel correpta vel producta, ex quorū numero sunt & sequentia quę a productis primā corripiunt, manus a mano. as. titulus a tutor, fragor & fragilis a frango, ducis a dux, arista arena ab areo, sopor a sopio, farina a far, lucerna a luceo, disertus a dissero, ofella ab offa, dicax a dico, stabilis a sto, sagax a sagio is, odium ab odi, mamilla a mamma, locium a lotum de lauo. fatuus a fari, siquidem a si & q̄dem, curulis a curru, acerbus & aceruus ab acer adiectō, femur a fœmina, vadum a vado verbo, aqua ab a & qua, noto a nosco, quater & quaternus a quattuor, fides a fido is vicium a vito. as, viri a vi aut virtute, nato a no as, tigillus a tignū sigillum a signum, ligula a lingua, bubulcus a bos, stabulum a sto varicosus a varix, anus ab annus, coma a como is, numisma a nūmus, domus a domos gręce quod planum significat latine/& ꝑducit primam secundū Nestorē, oculus ab oculo is, omasum ab omētum. De quibus omnibus sequentia notent testimonia. Mant. ęgl. 2

Vt manus assiduo detrita incaluit vsu. Horatius.
Omne superuacuum pleno de pectore manat. Ouid. de Rem.
Legerat huius amor nomen titulumq; libelli. Hora. in episto.
Res Italas armis tuteris/moribus ornas. Ver. Gęor. I.
Montibus audiri fragor aut resonantia longe. Ludo. Bigus.
Lintea. quid fragilem iuuat oppugnare carinam. Ver. Gęor. 2.
Quas animosi Euri assidue franguntq; feruntq;. Ver. ęglo. 4.
Te duce si qua manent sceleris vestigia nostri. Idem.
Ducite ab vrbe domum mea carmina ducite Daphnim. Idē Gęor. I
Quid qui ne grauidis procumbat culmus aristis. Idem.
Terram inter fluctus aperit furit ęstus arenis. Mant. in Lucia.
Ipse homines alit atq; feras, cum arescere campos. Idem.
Ne si forte sopor nos occupet vlla ferarum. Ouidius meta. 7.
Peruigilem superest herbis sopire draconem. Marcia.
Pascitur & dulci facilis gallina farina. Ouid. fasto. I.
Far erat & puri lucida mica salis. Marcialis li. 10.

Seras

Seras tutior ibis ad lucernas. Ouidius fastn. 6.
Nunc bene lucetis sacro sub Cęsare flammę. Hora.
Verum ita risores, ita commendare dicaces. Ver. ęglo. 3.
Dicite quandoquidem in molli consedimus herba. Marcialis.
Peruerso tibi curua craticula sudet offella. Vergilius 6. ęne.
Melle soporatam & medicatam frugibus offam. Lucte. li. 2.
Nec minus hęc animum cognoscere posse sagacem. Proper.
Venturam melius pręsagit nauita noctem. Ouid. li. amo. 2. ele. 2.
Si sapis o custos odium (mihi crede) mereri. Horatius.
Odi prophanum vulgus & arceo. Iuuenalis.
Illa loqui recta facie strictisq; mamillis. Idem.
Et nuda teneat venabula mamma. Mantua. in Lucia:
Imperat aspergi locio q̄ fama lauacro. Descēdit a lotum, cuius pri
ma producitur, quia duarum syllabarum est supinū. Ver. Gęor. 3.
Bruma gelu vel quum tonsis illotus adhęsit. Marcialis.
Vt sapiant fatuę fabrorum prandia betę. Vergilius.
Sic fatur lachrymans classiq; immittit habenas. Ouidius.
Quę mihi ventura est siquidem ventura senectus. Mantua. ęglo. 5.
Si mihi sic optas tibi sit Syluane quod optas. Lucanus li. 3.
Prętor adest vacueq; loco cessere curules. Mantuanus ęglo. 9.
Flammigeros ignes / qui ascendit in ęthera curru. Ouid. meta. 5.
Postq̄ exhalantem sub acerbo vulnere vitam. Ver.
Iam tum acer curas venientem extendit in annum. Ouidi. 2. de pon.
Acer & ad palmę per se cursurus honores. Ver Gęor. 1.
Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum. Ouid. meta. 12
Et corpus quęrens femorum crurumq; pedumq;. Mantua. ęgl. 4.
Fœmineum seruile genus crudele superbum. Idem ęglo. 2.
In vada curuata ripę supereminet vndis. Ver. ęn. 2.
Vadimus immixti Danais haud numine nostro. Mantua. ęglo. 2
Arx noua propter aquas pinnatis ardua muris. Idem ęglo. 6
Viribus a vero indoctus discernere falsum. Idem ęglo. 8.
In baculum pede porrecto recitata notabam. Idem ęglo. 4.
Nosco animal subiensq; rubos seco vincula runca. Idem eglo. 2.
Nata quater quinos / vel circiter / ore nitenti. Idem eglo. 1.
Ante duos vel (ni memini male) quattuor annos. Lucanus.
Nulla fides pietasq; viris qui castra sequuntur. Theocritus.
Fidere Batte decet melius cras forsan habebis. Horatius.
Omnibus hoc vicium est cantoribus atq; poetis. Idem.
Dum vitant stulti vicia in contraria currunt. Marcialis. 1.
Ecce vir est / nunq̄ Paula negare potes. Vergilius.
Non ea vis animo, nec tanta superbia victis. Idem Gęor. 3
Carpere prata fuga fluuiosq; innare rapaces. Iuuenalis sat. 7
Et quę conducto pendent Anabatra tigillo. Idem sat. 3.

Altera

Altera dic tignum capiti incutit ille metretam. Ouidius 4. Trist.
Quod minime volui. positis pro nomine signis. Horatius in epi
Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla, tabellas. Iuue. sat. 7.
Dicturus dubia pro libertate bubulci. Ouidius meta. 14.
Nescia, nec quicq̃ iunctis debentia bobus. Ver.
Quattuor a stabulis prestantes corpore tauros. Idem. li. 7
Hoc latio restare canunt qui sanguine nostrum. Iuuenalis
Varicosus fiet atuspex: Horatius
Varice succiso &c. Ouidius fast. 6.
Sensit anus vicina loco iussumq; sedere. Idem eodem.
Proximus annus erat Pallantide victus eadem. Ouid. Fast. 4.
Comat virgineas hasta recurua comas. Marcialis.
Cur data sunt equiti bis quinq; nomismata quare? Mant. egloa. 6.
Congeriem nummum accumulant / & ad ilia vulpes. Ouid. Trist. 3
Scandere te iubeam, Cesareamq; domum.
a domos grece vt dictum est. Mantua. eglo. 2.
Et quamuis oculo pene esset inutilis vno.
occulo primam positione producit. Vergilius
Et multa memor occule terra. Idem. ene. 12
Foeminea tegar & nauis sese occulat vmbris. Horatius.
Seu pigui tentus omaso. Persius.
Cum tibi tot iunicum in flammas omenta liquescant.
E regione uero hec sequentia a breuibus primam producunt. Regula a rego, iucundus a iuuat, staturus a status, vomer a vomo, remus a remo, casus a cado, iunior a iuuenis quod malim q̃ a iune, humor ab humus, tegula a tego, humanus ab homo, legis a lex quod a lego, laterna a lateo, rapum a rapio, caseus vel a casa vel coeo, totus a tot, vocis a vox quod a voco, iumentum a iuuat, viginti & binus a bis, nouus a nouem, iugerum a iugũ, vena a venio, macero a macer, petus a peto, serius a sero, nequam a ne, feralis a fera, vires a vis quod a vireo, vocifero a voco, fomes a foueo, cerites a ceres, secius a secus, & siquę alia apud poetas inueniũtur. De enumeratis hec notentur poetarum testimonia e quibus liquido constabit, illa deriuatiua a suis deuiare primitiuis. Horatius sat. 3.
Regula peccatis que poenas irroget equas. Mantua. egl. 4.
Arte regit gressus & lumina temperat arte. Horatius in poe.
Aut simul & iucunda & idonea dicere vite. Mantua. eglo. 3
Me rapit impatiens furor / & iuuat ire per altos. Lucanus li. 2.
Hinc acies statura ducum. Ouidius fasta. 4.
Hic status in coelo multos permansit in annos. Idem Fast. 2.
Et ceu vomeribus, seu tu pulsabere rastris. Ver. Geor. 2.
Mane salutantum totis vomit edibus vndam. Idem en. 1.
Franguntur remi tum prora auertit, & vndas. Ennius.

 Riuos camposq;

Riuos camposq remant. Vergilius.
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros. Mant. ęgl. 3,
Dum cadit agricolis vicinos nunciat imbres.
Iunior oim gramaticorum testimonio primā ꝓducit. Mant. ęglo. 6
Turba sumus iuuenes securi æstate vagamur. Ver Gęor. 1.
Vere nouo, gelidus canis in montibus humor. Mantua. ęglo. 6.
Dormit humus clauso pastor tunicatus ouili.. Ouid. fast. 2
Tegula porrectis satis est vallata coronis. Mantua.
Hic tegitur virgo cui nil quin diua vocari. Idem. ęglo. 6.
Progeniem humanos tacitos voluebat honores. Ouid. meta. 1.
Natus homo est / siue hunc diuino semine fecit. Mant. in ęglo.
Vt leges audiuit ad hęc respondit Amyntas. Ver. in ęglo.
Qui legitis flores & humi nascentia fraga. Marcialis
Dux laterna viæ clasis feror aurea flammis. Verg. ægl. 3.
Tityre coge pecus tu post carecta latebas. Marcia. in Xenijs
Hęc tibi brumali gaudentia frigora rapa. Mant. ęg. 3.
Me rapit impatiens furor & iuuat ire par altos. Vergilius ęgl. 1.
Pinguis & ingratꝫ pmeretur recaseus vrbi. Mant. ęglo. 9.
Cariceę succedere casæ dum prętèrit ęstus. Ver. ęn. 12.
Hic pietate prior coeant in fœdere dextrę. Lacta.
Salue festa dies toto venerabilis ęuo. Vergilius ęn. 1.
Insignem pietate virum tot adire labores. Mantu ægło. 3.
Voce bouem clamans / longo rura omnia visu.. Idem ęgli. 1.
Id cernens iterum natam vocat improba mater. Idem fast. 12
Et videre deum propter iumenta cubantem, Ver. Gęor. 3
Ad delubra iuuat cesosq videre iuuencos. Mantu. fast. 2
Martis & hinc mensis vigesima quarta seundi. Ver. ęglo. 3
Bina die siccant ouis vbera / quos tibi seruo. Ouidius fast 6
Factaq erit posito rore bis vda seges. Mant. in Apollo.
Nona dies aderat. cum tota excita repente. Ouid. meta. 5
Ales erat numeroq nouem sua fata sequentes. Iuuenalis.
Iugeribus paucis lumbos donare clientis. Ver.
Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit. Idem. ęgl. 6
Inflatum hesterno venas (ut semper) hiacho. Ouid. in epist.
Quę venit indigne pœna dolenda venit. Lucre. li. 3
Macerat inuidia ante oculos illum esse potentem. Mant ęglo. 4
Iane caper macer est tuus esse solebat. Horatius.
Appellat petum pater & pullum male paruus. Ver.
Iam cornu petit & pedibus qui spargit arenam. Marcialis.
Parce precor socero seria forsan amat. Ver. ęglo. 1.
Insere nunc Meliboee pyros pone ordine foetus. Ouidius.
Nequitia est quę te non sinit esse senem. Ver.
Tanta ne me tenuit viuendi nate voluptas. Ouid. fast. 3
Tunc quum

Tunc quum ferales præteriere dies. Ibidem.
Mille feras syluis Phœbe venata videbat. Ouid. meta. 7
Occidit ille Scinis magnis male viribus vsus. Ver.
Fronde virere noua. Mantu. ęglo. 2
Vociferans, ridens, saliens, & pocula siccans. Idem ęglo. 1
Id cernens iterum natam vocat improba mater. Ver. ęn. 2
Nutrimenta dedit rapuitq; in fomite flammam. Idem ęglo. 3
Dum fouet ac ne me sibi pręferat illa veretur. Hora. in serm.
Cęritus fuit aut commotę crimine mentis. Ver. Gęor. 1
Liber & alma Ceres vestro si munere tellus. Idem Gęon. 2
Nec secius omnis in vnguem. Mantu. ęglo. 1
Haud secus ac muri cat us ille inuadere pernam. &c.
Hijs forte plura studiosus lector apud poetas inueniet, nos hæc ex tempore notasse sufficiat.

OCtaua regula, duarum syllabarum pręterita habent primam longam, vt foui, moui, vici, sedi, risi, iuui, &c̄. Ouidius Fastorum 6.
Pœniteat q̄ non foui Carthaginis arces. Idē met. 5
Hęc quoq; uirgineū mouit iactura dolorem. Idē li. 7
Ante sacros vidi ,piecta cadauera postes. Māt. i. mar
Iste puer vicit qui respicit omnia Phœbum. Ouidius fast. 1
Sedit & accipitri iuncta columba fuit. Mantuanus.
Sic ait inuenta risit dea Cypria fraude. Ouidius meta. 7
Sic vbi mandatam iuuit facundia causam.
Sex tamen pręterita contra regulam /primam ,habent correptam, fi di a findo, scidi a scindo, bibi a bibo, dedi a do, steti a sto, tuli a fero Ver. 8 ęn. Diffidit ac multum porrectum extendit arena, Stat. the. 8
Oraq; pectoraq; & viridem scidit horrida vestem. Ouid. fast. 3
Sępe sed exiguis haustibus inde bibi. Idem trist. 1
Et quasi discedens oscula summa dedi. Idem fast. 2
Et stetit in saxo proxima cerua lea. Idem meta. 6
Non tulit infęlix laqueoq; animosa ligauit.
vide tamen optime lector ne superiorū regularū obliuiscaris /quā doqdem per hanc & similes non violantur, vt rui, fui, plui, in qbus prior semper corripitur propter vocalem ante aliam. Pręterea scias aliorum pręteritorum primam tantam esse /quantam pręsentis, vt peto petiui, ligo ligaui, doceo docui. Ouid. me. 4
Hospitium requiemq; peto /memor ille uetustę. Idem. 2
Quęq; vię causa? quid hac ait arce petisti. Idem 4.
Lucifer ortus erat pennis ligat ille resumptis. Idem 1.
Dissociaca locis concordi pace ligauit. Mant ęglo. 8
Dona docet tempus /lepores brumalia dona. Idem ęglo. 7
Sic docuit rediens aliquando ex vrbe sacerdos.

Ita & reliquã preterita, preter genui, posui, potui, & coegi, quę pri/
mã habent correptam, quũ tamẽ p̄sentia producant. Lucre. li. 1.
Gignitur ex nihilo nil. Vergilius
Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc. Mant.
Nolo mihi ponas Rhombum mullumue bilibrem. Ver.
Posuitq; immania templa. Mantu. ęglo. 3.
Vix vitam gregis eduxi, vix pabula possum. Idem ęglo. 1
Non potui & volui frontem non flectere, virgo. &c.

NOna Regula. Supina duarum syllabarum primam longam habent, ut stratum, motũ, potum / visum, & similia. Ouidius fast. 3.
Qui poterat clamabat anũ tunc denicq; visum. Mãt.
Strata super nudam, & ferro versate tridenti. Ouid.
Iussit & humanas motura tonitrua mentes. Idẽ fast. 3
Pompa senem poto tum põta trahebat anus. Mant. ęglo. 1
Illa mihi vox visa Iouis violentior ira. Ver. ęn. 2
Dijs aliter visum.

Faciunt tamen contra hanc legem hęc decem supina, citum a cieo, situm a sino, litum a lino, itum ab eo, datum a do, rutum a ruo, ratum a reor, statũ a sto, satum a sero, quitũ a queo. Teren in Ecyra
Forma in tenebris nosci non quita est. Ouid. meta. 1
Quam satus Iapeto mixtam fluuialibus vndis, Ver. Gęor. 2
Et pluuia ingenti sata leta boumq; labores. Ouid. fasto. 6
Et fornacali sunt sacra stata deę. Idem Tristi. 1
Quęq; uolet rata sint ablata principis ira. Ouid. Pene. ad Vlys.
Obrutus insanis esset adulter aquis. Idem fasto. 6
Perdidit & leto est vltimus ipse datus. Idem Meta. 1
Poscebatur humus, sed itum est in viscera terrę. Idem in epist.
Oblitus a dominę cede libellus erit. Idem meta. 2
Hic situs est Phaeton currus auriga paterni. Ibidem
Obuius ire polis ne te citus auferat axis.

Supinum autẽ sequunt̃ eius deriuatiua / vt supra dictum est, visum visurus, itum iturus, vt accitus excitus quę sũ a citum citu q̄d a cieo est descendunt penultimã corripiunt. Ouid. 2. meta.
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis. Statius Theb. 3
Excitus & longam pridem indignantia pacem.

Si vero a citum citu q̄d est a cio penultimã longã habẽt. Mãt ĩ Lu.
Acciti venere magi tacitisq; susurris, Sillius. li. 4
Accitas propere castris in prelia consul. Mant in Apolo.
Intumuit, vel excitum mare flantibus austris. Lucanus.
Stratisq; excita iuuentus.

Ambitus tamẽ participiũ penultimam habet longam. Oui. me. 1
Iussit & ambire circundare littora terrę.

nomen correptam. Lucanus 1.
Letalisq; ambitus vrbi.
Staturus quoq; contra primitiui sui naturam habet primam productam. Idem libro 2. Hinc acies statura ducum. atq; de hoc supra dictum est.

DEcima regula, Præteritum geminans primam/eandem breuem habet, tetendi, cecidi, momordi, fefelli, tetigi, peperi, peperci, didici, & similia. Mant. ęgl. 2
Vult animal, tamen incautus sibi multa tetendit
Retia & in foueam cecidit, quā fęcerat ante. Oui. m. 1
Canduit & ventis glacies astricta pependit. Idem. 5.
Fraxinus acta femur iaculis Danus ore momordit. Idem fast 3
Et sua diuina furta fefellit ope. Idem meta. 1.
Vt templi tetigere gradus procumbit vterq;. Ibidem
Sponte sua peperit postquam vetus humor ab igne. Ibidem
Maxima pars vnda rapitur quibus vnda pepercit. Māt in: Lu.
Id fieri tandem nullo didicere veneno. Ouid. fast. 3
Aspicit hos ut forte pependerat ęthere māter.

VNdecima Regula, Pręterita in vi syllabam, penultimam producunt, vt maculaui, oneraui, fleui, vocaui, equitaui, petiui, &c̄. Ver. ęn. 10
Idem ego nate tuum maculaui crimine nomē. Ibidē.
Mēbra manusq; ambas iaculis onerauit acutis. Ibidē
Atq; hic Aeneam magna ter voce vocauit. Ibidem.
Ter circum astantem leues equitauit in orbes. Ibidem 12.
Hoc erat hoc votis inquit quod sępe petiui. Oui. Trist. 4
Non aliter fleui q̄ me fleturus ademptum.
de quibus in verborum cremento latius.

DVodecima Regula. Supinum in tum/a p̄terito in vi syllabam desinente, penultimam producit, vt latratum, relatum, auditū, expletū, notatū, vigilatū &c̄. Ver. 3. gęo
Latratu turbabis agens montesq; per altos. Ouid. fast. 3
Occurrit nuper/visa est mihi digna relatu. Mant. in buc.
Taurus ut auditum est furaci a milite raptus. Ouid. fast. 3
Expletum patrio corpore matris onus. Idem fast. 4
Sed veneris mensem graio sermone notatum. Ibidem
Primus amans carmen viglatum nocte negata,
de quibus etiam in crementorū regula. Sed hic notentur deriuatiua, Fortunatus, nudatus, libatus, comitatus, paratus, velatus, auditus mandatus, dicatus, spectatus, repetitus, &c̄ quę etiam penultimam producunt. Ouidius fastorum. 4.
Et fortunatos obuia turba vocat. Ibidem.
Tercia nudatos accęperat area messes, Ibidem.

Littore dotali solo comitatus Achate. Ibidem
Vsq; domum intrauit Tyrios induta paratus. Ibidem
Cumq; metu rapitur tunica velata recincta. Ibidem.
Currit ut auditis territa dama lupis. Ibidem
Sępius instanti mandata peregimus inquit. Ibidem.
Et tenet in magno templa dicata foro. Ibidem.
Hinc satus Aeneas pietas spectate per ignes. Ibidem.
Ille dedit captę repetita vocabula Troię &c.

TRedecima Regula. Participia futuri temporis in rus penultimam syllabam habent longam, vt daturus, secuturus, moriturus, sparsurus &c. Ouid. fast. 3
Et iam iam flammis exta daturus erat. Ibidē fast. 4
Neue secuturi possent nescire nepotes. Ver. ęn. 2
Et sese medium iniecit moriturus in agmen. Ibidē 12
Inferias ceso sparsurus sanguine flammas.

QVartadecima Regula. Nomina in osus penultimam producūt, vt lapidosus, cliuosus, inuidiosus, perosus, piscosus, vinosus, uētosus, vmbrosus. Oui. fa. 3
Defluit incerto lapidosus murmure riuus. Ibidem.
Sextus ubi e terra cliuosus scandet olympum. Ibidē
Turba vetus q̄ non inuidiosa fuit. Ibidem
Frater adest belloq; petit rex arma perosus. Ibidem.
Est prope piscosos lapidosi cratidis amnes. Ibidem
Cur anus hoc faciat quęris uinosior ętas. Ver. geor. 1
Qq; quibus in patriam ventosa per ęquora vectis. Idem gęor. 3
Estibus at medijs umbrosam exquirere vallem.
Sed quum illa atq; alia accentu dignoscere non difficile sit, de Accentu regulam subijciam.

QVintadecima Regula Accentu nō paucę syllabę quātę sint cognoscūtur, maxime tamen medię, quod vt clarescat magis exēpla subiungā, lauina, antiquus, regina, sublimis, fortuna, &c. de quibus nemo ambigit quin media longa sint mōstrante accentu, quod etiā poeticis liquet testimonijs, Ver ęn. 1
Italiam fato profugus lauinaq; venit. Mant aeglo. 1
Ruminat antiquos paulum recitemus amores. Ver, aen. 1
Gente sub Hectorea, donec regina sacerdos. Ibidem
Moenia sublimemq; feres ad sydera coeli. Ibidem.
Nunc eadem fortuna/uiros tot casibus actos.
Contra sunt dictiones in quibus medię/accentu docēte/breuiant, fremitus, memoro, similis, numerus &c. Ver. gęor. 2
Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino. Ibidem
An mare quod supra memorem, quodq; alluit infra. Ibidem

Ante locum

Ante locum similem exquirunt, ubi prima paretur.
Omnia sint paribus numeris dimensa uiarum.
Attamen meminisse nos oportet in primis accentum non prolongare vel breuiare, licet in eas cadat, vt tenuis, gelidus homines tñ qñquidem hec & similes primam correptam habent, poeticis testimonijs approbantibus. Ver. eglo. I
Syluestrem tenui musam meditaris auena. Mant. eglo. I
Fauste precor gelida quando pecus omne sub umbra. Persius sat. I.
O curas hominum o quantum est in rebus inane.
Medias itaq3 tantũ syllabas accentu cognoscimus, atq3 nullas magis q̃ dictionum trium syllabarum, quũ in polisyllabis cognitu sit difficile, propterea qꝫ in breuem syllabam sepe accentus cadat, vt ingemui, historia, stulticia, ubi antepenultime breuiãtur licet accẽtu uideantur longe, sic enim dixit Mant. eglo: I
Scit quibus ingenui curis quibus ignibus arsi. Idem.
Historiam prima repetens ab origine pandam. Idem
Stulticiam declarat hyemes improuida certe.
De accẽtu hic loqmur in cõmuni q̃ in vera & latina dictiõe, pnũciatiõe syllaba breuis deprimit, vt legere, lõga eleuat, vt docere. Vbi caucio est adhibenda ne dictiones perperã atq3 barbare pnuncient, solet enim aliqñ iners barbarorũ vulgus syllabam aliquã mediam pronunciando pducere quum sit breuis, vt inquino, educo, erudit. Ouid. me. 14. Inquinat hic pressos latices radice nocenti. Ver. in. en. Quattuor hic iuuenes totidem quos educat Vfeus. Ouid. fast. 3.
Erudit & rarum pectine densat opus.
Et e regione aliqñdo corripere syllabam quũ sit longa, vt trucido, adulor. Horatius in epistolis.
Verum seu pisces, seu porrum & cepe trucidas. Lucretius.
Longe alio pacto gannitu vocis adulant.
Ad quam effugiendam barbariem nihil conducibilius video q̃ frequentem poetarum lectionem, vnde non solum ediscimus syllabarum quantitates, verũ etiã modus componẽdi versus sua sponte ex ea sedulitate incidit: Preterea non parum vtilitatis adfert, si doctos docte loquentes audierimus, eo qꝫ (vt Hieronymus ait) ipse elimentorum sonus & prima institutio preceptorum, aliter de erudito, aliter de rustico ore profertur. Si enim iuxta prouerbium balbo cohabitans balbutire discit, quid mirum si eloquentium conuictu reddimur eloquentiores.

Decimasexta Regula Cremento dinoscunt syllabe quãte sint. Vbi sciendum, qꝫ nominis pronominis & participij Crementum est excessus obliqui in syllaba vel syllabis supra nomĩatiuũ eiusdẽ numeri, vt puer pueri. Ver.
Frigidus o pueri fugite hinc latet anguis in herba.

ubi meminisse

vbi meminiſſe debes in Cremento plurale, A, E, & O, produci, I & V, corripi, vt ferarum, altorum, morũ, ambobus, quorũ, diebus, mucronibus, arboribus, Mant ęglo. 1
Ne ſi forte ſopor nos occupet vlla ferarum. Ouid. faſt. 5
Fulminis altorum rexq; paterq; deum. Idem faſt. 5
Morum quos fęcit præmia doctor habet. Idem li. 2
Conſulite ambobus nam quę eſt mea magna voluptas. Idē li. 3.
Et quorum ſparſis oſſibus albet humus. Ibidem.
Nomina quę iunctis quinq; diebus habent. Ibidem
Aut quia coniuncti ſtrictis mucronibus auſę. Ibidem.
Arboribus redeunt detonſę frigore frondes.
De cremento aũt ſingulari hoc ſciendum eſt, q prima declinatio in ſingulari nõ creſcit niſi pro æ dicatur ai, vt Aulai ꝑ aulę, nec quarta niſi in datiuo, vbi eſt vocalis ante vocalem. De quinta dictũ eſt. Secunda aũt niſi unicũ producit cum cõpoſitis ſcz iber, iberi, celtiber. De Tydei aũt & Orphei dictũ eſt, ſic etiã de ꝓnominibus ſecũdę declinationis, & nominibus ſecundã pronominũ declinationem habentibus.

❡ NOMINA Tercię declinationis mutantia a in atis, o in inis, al maſculini terminationem in alis, ul in ulis, il in ilis, en in inis, on in onis. ar maſculinũ in aris, er in eris, ur in uris, ir in iris, as in adis, ar in aris, as in ſis, es in itis, es in ris, edis & dis, is in inis, idis vel idos & ios, vs in oris & eris, bs, ms, ps & t in is, ex in gis vel icis: corripiunt penultimã genitiui, vt dogma, virgo, hannibal, conſul, vigil, nomen, demon, baccar, cadauer, ſulphur, lampas, mas, uas, miles, ceres, aries, deſes, ſanguis, cuſpis. cucumis, ægis, Thetis, corpus, vulnus, trabs, hyems. lelaps, caput, grex, vertex. Excipe ab ar: nar naris. ab er, ver mulier cũ nominibus gręcis, character, phyſeter, crater &c. pręter aer. ab ur fur. ab es etis, locuples, quies, & gręca q̃ q̃t ſunt, vt agnes, magnes, chremes. &c. ab us oris cõparatiuos in ius vt docti⁹. &c. a ps cyclops: ſeps: conops: cecrops: europs: hydrops gryps. ab ex, lex & rex, vibex.

❡ Econtra mutantia o in onis & enis. c in ecis. d in dis: al neutrum in alis. el in ilis. ol in olis. an in anis. en in enis. in in inis. on in onis. ar neutrum in aris. or in oris. as in atis. es in edis. is in itis. os in oris. otis ois & oris. us in udis utis. & uris. ex in ecis. ax in acis. ix in icis. penũtimã genitiui producunt, vt ſermo, anio, halec, dauid, capital, daniel, ſol, pean, ſplen, delphin, ſimon, laquear, ſoror, pietas, merces, ſamnis, honos, ſacerdos, cuſtos, hęros, plus, virtus, palus, tell⁹ mirmex, arctophilax. fęlix, Excipe ab o gentilia habentia onis media correpta, ut brito, uangio, macedo: &c. a. d. bogud. ab ar nectar & iubar. ab or, rhetor, caſtor, arbor, memor, ęquor, marmor, dedecor, bicorpor. propria gręca, vt neſtor, mentor. &c. ab os otis, cõ-

pos, micos

pos: micos, icos, bos. ab os odis, tripos. ab us udis, pecus. abax acis, abax, smilax, atrax, tropax, candax, fax, pharnax, panax: storax,: ab ix onx, pistrix, hystrix: pax, nix, natrix, salix, coxendix, filix, larix, stix, strix, quę duo gis correpta na habent. masculina pręterea corripiuntur. pręter mastix, phęnix, bombix, ceyx, sandix, spadix.

DEcimaseptima Regula. Crementū verbi est ubi exceditur secunda persona singularis numeri, pñtis temporis, indicatiui modi actiuę uocis, quę si defuerit quãta foret ostenditur. vt amamus crescit, quia excedit hanc personam amas. oscularis crescit, quia si secunda ꝑsona actiuę uocis foret ipsa esset osculas

A igitur in omni cremēto producitur, ut amamus, legebamus. Excipitur in primo cremento do, das, dare, cum primę coniugationis compositis, vt venundabã, pessundabã. Vocalis autē in primo cremento est quæ erat secundæ personę ultima. reliqua in secūdo cremento esse dicuntur.

E In vtroq; cremento ꝓducitur, vt amemus, amaremus, doceremus, legebam: nisi post ponatur r: nam tunc corripitur omne pñsens tercię coniugationis: vt legor: eris: ere. & pteritū imperfectū coniunctiui modi. Item re ante ris producit: vt legereris. E ãte: ram: rim: ro semp corripitur: vt legeram: legerim: legero. Sic amaueram: rim: ro. Beris vel bere corripitur. cętera producuntur. vt steterunt, legerunt: qualia Vergilius & complures licenter corripuerunt, quos non imitabimur nisi tam parce in magno opere. Vergilius geor. iiij.
Miscueruntq; herbas & non innoxia verba. Idem æn. iij.
Obstupui, steteruntq; comę & vox faucibus hęsit. Idem in Buc
Matri longa decem tulerunt fastidia menses. Horatius epist. 4
Dij tibi diuitias dederunt artemq; fruendi. Sillius in 8.
Terruerunt pauidos accensa ceraunia nautas. Ouid. fast. 3
Auctus erat populos miscueratq; duos.

I In primo cremento verbi quartę coniugationis producitur. vt audiuimus: auditis audite. &c. ibam ibo. Item iui pręteritum vbiq; ꝓducit i ante vi: vt petiui petiueram. Imus in omni pterito corripit. venimus audiuimus nisi in pterito cõiunctiui: vt Seruius & Dimedes volunt. Rimus & ritis ppetuum producunt. Ouid. in 6. me.
Accepisse simul vitam dederitis in vndis. Catullus.
Dein quum milia multa fecerimus.

O in cremento producitur, vt amantote.
U vero corripitur: vt volumus nolumus.

DEcima octaua Regula. Dictiones tam gręcę q̃ latinę in i primam compositiõis partem desinentes breuiãt illud. ut armiger, arcitenēs: bipennifer, saxicola &c. Oui. fa. 3.

D Armiger

Armiger armigerę correptus amore Dyanę. Idem meta. I.
Penthea tu venerande bipenniferumq; Lycurgum. Mant. in Lu.
Saxicolasq; lares, & dæmonas ęre latentes.
Tolle hinc quotidie & vbicunq;, in quibus i. variat. Mant. ęglo. I.
Quotidie crudele magis crescebat in horas. Marci. li. 10.
Lęuis Dropace tu quotidiano. Mantuanus. ęglo. 3.
Num natura nocens deus est vbicunq; locorum. Ouid. meru: 8.
Seruor vbicunq; est, vni mea gaudia seruo.
Ibidē uero tibicen: vbiq;, meridies, & matricida pducunt. Iuue. sa. 5
Vel si quādo datur custos affixus ibidem. Ouid. fast. 6.
Cur vagus incedit tota tibicen in vrbe. Vet. ęn. 2.
Victoresq; cadunt Danai crudelis vbiq;. Catullus.
Iube ad te veniam meridiatum. Sidonius in 2. Pane.
Matricida pius se dne spreuisse dolorem.

Ecima nona Regula. Gręcę dictiones in O. primam compositionis partem desinentes. o. corripiunt, vt Cymodoce, cymothoe, Andromache, sarcophag⁹: & cętera. Mant. in Alphon. li. 5,
Cymodoce Thoa Cymothoe limnoria Proto.
Idem libro 3. Parthe. I,
Vxor & Andromache paruum Astyanacta, Ceresq;. Iuue. sat. I
Sarcophago contentus erit mors sola fatetur.
Excipiunt quidam lagopus, geolophus, Theophila, quibus geometra & Leucopetra iunguntur.

Icesima Regula, Propria nomina non magis ad placitum ponenda esse q̃ appellatiua: contra Seruianā doctrinam satis docent Ouid. & Marci. Ouidius quidem li. iiij. de ponto: vbi cōqueritur hoc nomen Tuticanus Elegiam ingredi non posse nisi breuem producendo, aut productam corripiendo, aut dictionē diuidendo. & cętera. Marcialis vero. li. ix. vbi conqueritur dulcissimū nomen Earinus non posse adire carmē Phalecium, quia omnes syllabę illius dictionis sunt breues, ergo nec spondeum: nec dactylū nec trocheum constituere potest. Sidonius quoq; Apollinaris idem docet de laudibus Narbonis vbi scribit. Horum nomina quum referre versu Affectus cupiat: metrum recusat.

Icesima prima Regula, dictiones barbarę: vt sunt hębraicę: Gotthicę/ Hispanicę / Teutonicę (Bebelio teste) In primis syllabis sunt ad placitum, in medijs vsum sequuntur eruditorum & iudicium aurium: in vltimis vero subiacent regulis: hęc intellige nisi poetæ alicuius auctoritas: aut positio: aut alia regula generalis ad certam coerceat quantitatem.

Vicesima secūda

Vicesima secunda Regula, Nihil in componendo carmine conducibilius & in syllabarum quantitatibus decentius q̄ vt probatissimos quosq; legamus poetas, eorumq; versus scandamus: siue maiores illi siue minores fuerint / non enim est quod ęque demonstret syllabarum quantitatem, faciatq; peritum versificatorem q̄ frequens poetarum lectio.

¶ VLTIMA Regula generalis. Vltima syllaba vniuscuiusq; carminis (vt Seruius ad Albinum testatur) indifferens est.

SEQVITVR INTRODVCTIO AD SPECIALES REGVLAS.

MAgni ęrumnalisq; laboris rem attentarem: si primarum mediarumq; syllabarū quantitates nostro huic libello inserere vellem / tanta siquidem earum varietas est: vt nec regula nec p̄ceptiōe aliqua adamussim compręhendi possint / quo fit vt multiiugæ etiā doctrinę homines perplexa rei difficultate perterriti, licet huius artis documina exactissime trutinassent, de primis tamen medijsq; syllabis omnino tacendum existimarunt, studiosum versidicæ artis tyrunculum ad patentem atq; amplum poetarum campum solum relegātes, vt ea excerpat, quę docte & perite posteritati comendarunt. Verum hoc ipsum vtpote semper confugium habere ad poetas difficile admodum est / quoniāquidem plus temporis in syllabarię quantitatis indagatione consumeretur q̄ in carmine cōponendo. Quapropter necessarium arbitratus sum, si breuem quādam ad speciales regulas introductionem effingerem, qua cognita studiosus quisq; tum ex poetis tum alijs versificatoribus syllabarū quantitates, quę speciali traditione pręcipiunt: haud obscure hijs præceptiunculis habitis imbibere possit. Adiungam itaq; nostros versiculos, quos quondam ꝑ primarū mediarumq; syllabarum cognitione effinximus. Nolo tamen vt aliqs leporem aut venustatem ex eis postulet, Quis eni pręceptionē difficilē politāq; verborum iuncturā in exiguo verborū cōtextu, nisi sūmo cū labore cōiūget? Vtcūq; tamē sit / ędat meliora cui hęc ad stomachū nō faciūt

Ego postica

osorum detractione posthabita, studiosis semꝑ prodesse laborabo.

Pro Syllabis primis ad Diuam uirginem.
Carmen Hexastichum.

Aspice, mœstorum lachrymas sanctissima nympha.
　Et da nos superos tangere uirgo lares.
Iucundam facias regni nos uisere sedem,
　Imperium magni lætificare dei.
O dea mundanam gentem seruato benigne,
　Vt cernat trini gaudia uera dei.

Pro Mediis ad sanctam Annam.
Carmen ogdoastichon.

Anna ueni gracili uersu generosa uidebis
　Eximias laudes concelebrare tuas.
En niueo blandas uincis dyademate matres,
　Ingenio quondam quæ uiguere uafro.
Ornamenta tenes uirtutum singula nempe,
　Vnde tibi tribuit candida serta deus.
Vlnis nam genitrix magni redimita tonantis,
　Nutrita est quondam mater alumna tuis.

Ex istis carminibus, primarum, mediarũq; syllabarum quantitates haud obscure cognoscere possumus. Primi nanq; sex versus pro primis sunt syllabis, reliqui octo pro mediis, a quacunq; itaq; vocali carmen initium sumpserit: illi totum carmen vna cũ prima consonante vniuscuiusq; dictionis illius carminis militat atq; deseruit: nã ante eam (saluis tamen exceptionibus) semper producitur, ante alias vero consonantes quę hic non ponuntur corripitur. Exempli gratia primũ carmen a vocali A. initium sortitur. A. itaq; ante l. m. s. & n. in primis syllabis (quia illud carmen pro primis est) producit, dictiones namq; illius carminis ab istis consonantibus initium sumũt, vt mœstorũ ab m. lachrymis ab l. Ita iudicabimus de cęteris. At nemo speret omnium syllabarum quantitates hoc modo ad vnguem se deprehendere posse; quoniã exceptiões sunt multę quas ex frequẽti

poetarum

poetarum lectione studiosus quisque cognoscet: hinc etiã non absurdum erit aliorũ versificatorum scripta consulere, & ea annotare quę exquisite posuerunt. Multum enim adminiculatiõis huic arti adiecit Henricus Bebelius & post eũ Niniuita cęteris in hac re diligẽtior quos studiosis quoque omnibus lustrandos consulo.

DE VLTIMIS SYLLABIS.

A Finalis producitur in dictionibus per casum non declinatis: excepto ablatiuo primę inflectiõis: vt musa ama, supra, pręterea. &c. Excipe ita, puta, aduerbia, quia, postea. Nominatiuus quoque accusatiuus & vocatiuus vtriusque numeri corripiunt, prȩterq̃ numeralia in ginta quę rectius ꝓducuntur, nam vbi vident corripi Nebrissensis credit mendam esse, in genta aũt & gena tantũ corripiũtur. A in vocatiuo a nominibus gręcis in as & in es productas desinentibus ꝓducitur. vt ænea, Anchisa, palla. Ver. 10.
Aenea vigila & velis immitte rudentes. Idem in 3. ęn.
Coniugio Anchisa veneris dignare superbo.

¶ E Terminalis breuis est. vt mare, lege, monile. &c. Producũt me, te, se, & omnia monosyllaba: pręter coniunctiões enclęticę, que, ne, ue & nomina gręca fęminina: vt Penelope in nomiatiuo vocatiuo & ablatiuo & datiuo, & vocatiuus & ablatiuus a nominibus græcis terminatis in es productam, quę ad primam declinationẽ referunt, vt in Anchise: verum ablatiuus in e ex terminatiõe es in tercia corripitur. Marcia. li. 5. de Ganymede loquor. Persius.
O si sub rastro crepet argenti mihi seria dextro
Hercule pupillum. &c
sic Achille, Herme, Oreste. Producit ablatiuus singularis a nominibus quinti ordinis: & secũda persona singularis p̃sentis imperatiui secundę cõiugationis actiuę vocis. vt doce, mane, moue. Caue autẽ reperitur correptum. Horatius
Vade vale: caue ne titubes mandataque frangas.
hoc est ex eo quia olim tercię erat coniugationis, quemadmodũ & fulgo, vido: producũt etiã aduerbia illa fere, ferme: quare: ne ꝓ non & certe, ve: pro: hei: & a nomibus adiectiuis deriuata. vt a pulchro pulchre. breuiant tamen bene, & male.

¶ I Terminalis longa, vt gumi: amaui. Excipe nisi, quasi. datiuos quoque & vocatiuos gręcus in I desinentes, vt palladi, phillidi, priami, pari corripiunt. sed tibi, ibi, sibi, indifferentẽ habẽt vltimã.

¶ O Terminalis indifferens est, vt sermo, amo, producunt datiui &

ablatiui singulares nominū secundę declinatiōis. vt domino, archi-magiro. & nomina gręca feminina. vt Sapho, alecto, clio. &c. Et dictiões monosyllabę, vt o, pro, do. breuiātur tamē, modo, ambo duo. gerundia vero datiui & ablatiui in differenter desinunt, pductio tamen frequentior est, vt cantando, bibendo. &c.

¶ V Perpetuo producitur. vt cornu, gelu, genu. &c.

¶ B Terminalis breuis est. ut ob, ab: sub. barbara vero producūt b. vt Iacob, aminadab.

¶ C Terminalis longa est: ut dic, duc, sic, hic aduerbiū. Excipe fac lac, nec, donec, hic pronomē indifferens est: ut Seruius testat in illud viij. ęnei. Est hic est animus lucis contemptor. &c.

¶ D Terminalis corripitur. ut ad, apud, sed. &c.

¶ L Breuis est ut tribunal. Excipe sol. nil. & hębraica ut Michal isrl

¶ M Terminalis ab antiquioribus breuis ponebatur, sed nūc usu-auctorum aut per eclypsim abijcitur / aut cum sequenti consonante vocalem pręcedentem ex positione producit.

¶ N. Terminatio longa est. vt pean, non, quin. breuiant vero an, forsan, forsitan, in, tamen, & ex his cōposita, vt attamen, exin, dein proin: & nomina gręca in on quę ad secundā declinationē latinā referuntur: ut Ilion, barbiton, pelion. Accusatiuus q̄q; primę declinationis a nominibus gręcis in a breue terminatis, & secundę in os. & tercię in is. ut Egina eginan, menelaus menelaon, daphnis daphnin. & omnia latina in en quę mittūt genitiuū in inis vt nomen, flumen.

¶ R. Terminalis breuis est vt mulier, producunt far, nar, par. ver. iber & alia monosyllaba, vt lar, fur, cur. Excipe vir. Ouid. fast. 6.
Sacra vir intrabo non adeunda viro. & ter idem eodem.
Protinus arbutea postes ter in ordine tangit,
Fronde ter arbutea limina fronde notat.
Cor quoq; rectius breuiat. q̄q̄ producat apud eūdem in epi. Sap.
Molle meum leuibus cor est violabile telis.
sed correptio frequentior est. Idem in 7. meta.
Inq; cor hamata percussit arundine ditem.
Et nomina gęca in er mittentia genitiuū in eris pducunt. ut aer aeris ęther ętheris. Celtiber anceps est: Nam ut in septimo inquit Priscia-anus vnicū nomen secūdę declinatiōis pducit er quod est iber cum

suo compo

suo composito celtiber. de correptiõe satis: Marcia. li. 7. dicens.
Ducit ad auriferas q me salo celtiber oras.

AS, Terminalis producitur. ut ęstas, pietas. Excipe gręca mittentia genitiuũ in adis vel ados, ut arcas: pallas. Accusatiuus quoq pluralis a nominibus gręcis quę ad terciam nominũ declinationẽ referũtur, ut menas menadas phineas troas phyllidas aonas heroas. Mãtuanus corripuit helias dicens.
Helias ardenti cœlum petijsse volatu. Sic Faustus Andrelinus.
quibus Helias olim Raptus ab ardenti solio cum corpore currus.
& Ausonius dicit. Helias & solido cum corpore pręuius Enoch.

ES. Terminalis longa est, ut proles leges. Corripiunt nomia gręca pluralis numeri tercię declinationis crescentia in singulari /ueluti Dęmones, vascones, britones. &c. Et omnia ab n. ut delphines, peanes, syrenes. Omnia ab er producto, ut pręsteres, crateres. Omnia ab or penultima genitiui correpta. ut Hectores, castores. At latina sunt arbores, memores. Omnia ab as antis, vel adis. ut gigantes, archades. omnia ab es penultima longa(pręter inquies, locuples, q latina sunt)ut lebetes, tapetes, daretes, magnetes&c. omĩa ab is idis vel entis vel ios aut eos vel ys yos, ut pyxdes, iaspides. omĩa ab os ois. ut heroes, troes. & a ceros ut rhinocerotes. & eros ut philerotes. omnia ab us odis & vntis ut tripodes opuntes. Corripitur etiã Es verbum a sum, & eius cõpõsita, ut ades, potes. Inquies Bebelius pduci dixit, cui Niniuita astipulat. At Priscianus corripi vult Probi testimonio quos Alexander imitat. Corripiũt etiã neutrius generis nomina, ut hyppomanes, cacoethes. Corripiunt etiã nomina tercię declinatiõis es penultima gti correpta utpote q itis & etis, aut idis habent, ut miles, teres, deses. Excipe Ceres, abies, paries; aries. & a pes cõposita ut apes, semipes. &c. Et penes pposition q corripit.

IS Breuiat, ut breuis; panis. Producũtur vero nomina in is quæ penultima longa gtm̃ crescentẽ in itis uel in inis faciunt, ut lis litis, dis ditis, Samnis, salamis, aut in entis. ut Simois simoentis, pirois, opois, thetis variat sed correptionem ego sequerer. Produc glis & vis cũ compositis, ut sis p siuis, quauis, uteruis, quiuis, pducunt secundę psonę singulares qñ plurale habet itis penultima longa ut sis, velis, nescis, abis, pducitur etiã omnis casus pluralis numeri ut musis paruis magnis omneis, parteis, poematis, dogmatis.

OS producitur ut ros sacerdos, corripe os ossis, compos, impos & gręca in os quę ad secũdã declinationẽ latinã referunt, ut abydos chaos, & genitiuus gręcus ut tereos, arcados, a tereus arcas.

℄ VS, corripitur vt tẽpus, reticemus. ꝓduc monosyllaba, vt rus, thus, ius, mus, plus, sus. Ouid. 6. fast.
